

VOTIVÆ VOCES  
 LECTISSIMI SPONSUM PARIS,  
 EXCELLENTISS: atq; CLARISSIMI  
 DN. M. ERNESTI RÖNGBES/  
 RECTORIS Gymn. Thor. meritissimi,

Nec non

VIRGINIS  
 EGREGIIS TUM CORPORIS TUM ANIMI  
 DOTIBUS CONSPICUÆ.

DOROTHEÆ HEISELMEIERIÆ,  
 N U P T I I S

acclamata

ab

AUDITORIBUS I. CLASSIS  
 EJUSDEM GYMNASII.

D. 26. Februar. Anno M. DC. LXIX.



THORUNII  
 Excudit JOH. COEPELIUS, Gymn. Typ.

XIX, 390.



**S**ponse colende! precor, DEUS ut fortu-  
tunet abundè  
Quod faustò coeptum est omine Con-  
jugium.

JACOBUS SEIDLER, *Thor. Pruss.*

---

**V**ive valeq; diu! Pax & concordia lecto  
Praesit honorato! vive valeq; diu!

Samuel Chwalkowski, *Fraust. Polon.*

---

**F**<sup>Chrono-Distichon Annum, & Diem ( Nestoris nom. ferent. ) includens.</sup>  
ORTVnet RECTOR sUPERVs THALAMI tibi festa  
HosqVe DIES VIVAS, qVos tVa festa tenent.  
Friedericus Lau, *Insulâ Marianâ Pruss.*

---

**C**andida Pax ornet Thalamum, concordia firmet,  
Firmaq; cum firmo duret amore fides.

Andreas Rauffseisen, *Mem. Pruss.*

---

**T**E DEUS atqve Tuos conservet ametq; penates  
Et sint auspiciis fata secunda tuis.

Joach. Christoph. Willichius, *Cörl. Pom.*

118



**U**T sine felle Torus sit, non sine melle, parabit  
Qui sine felle suos pergit amare DEUS.

H. v. Loosß, Eqv. Sil.

---

**V**ive, precor; Regi, felix cum Conjuge! vive!  
Et supera Pylios Nestoriosq; dies.

Johannes Frider. Macke,  
Regiomont. Prussus.

---

**V**ivite longævi! Pax & concordia crescat  
Vos inter! repleat prole Jehova domum!

Petrus Millies.

---

**L**arga Tibi nunquam Domini benedictio desit,  
Omni sed vigeat prosperitate domus.

Johann. Christophorus Walter.  
Neo-Stet. Pomeranus.

---

**C**onjugium est felix, quod mores ac eadem mens  
Nectunt; hinc felix auguror atque precor.

Gerhardus Gerhardi, Thorun. Pruss.



**A**uspiciis vestri Thalami venerabilis autor  
Adsit, & inceptum Numine firmet opus.

Johannes Hoffman, Ravic. Polon.

---

**G**ratulor ex animo Sponso Sponsæq; precorq;  
Afluat optatâ prosperitate Thorus.

Ioh. Georg. à Jonau.

---

**S**ponsorum, Christus, cui vincla jugalia cura,  
Omnigenâ Thalamum prosperitate beet.

Georg. Sigism. à Jonau.

---

**V**IR Præclare! sient felicia tempora vitæ,  
Conjugii vestri quò benè cedat opus.

Alex. Tellior.

---

**V**ivite felices! per plurima vivite secla!  
Nil turbet vestrum, nulla querela Torum.

Joachimus Starke, Cösl. Pomer.

Cuncti-



**C**unctipotens Dominus firmum conservet amorē,  
Vincula Conjugii perpetuoq; bect.

Johan. Godofredus Steltzner,  
*Lesn. Polon.*

---

**A**dsit perpetuò Neonymphis gratia Christi,  
*Adferat & letos non sine prole dies!*

Nathaniel Rubach.

---

**A**tulit optatos Hymen decoratus honores,  
Adferat & secum gaudia mille Tibi.

Nicol. Knöffel, *Budiss. Lusat*

---

**C**onjugium vestrum jubeat DEUS esse beatum  
Et Vos conservet tempora longa precor.

Christianus Mendius, *Leipp. Sil.*

---

**A**cclamo Thalamo quoq; ego nunc voce precante:  
*Felices juncti vivite perpetuò!*

Christoph. Kerner.

ANA-



ANADROMUS.

**C**onjugium Tibi sit placidum, PAR NOBILE, JOVA  
Concedat placidum sit Tibi Conjugium.

David Zöller, *Thorun. Boruss.*

---

**P**rimus qui fautor (DEUS) est vitæq; jugalis  
Autor, Sponse, Tuo det bona multa Thoro.

Matthias Lademan, *Stern. March.*

---

**S**it pax atq;ve salus, adsit concordia vestros  
Confirmans animos! sint rata vota, precor.

Christoph. Vierhoff, *Lub. Lusat.*

---

**D**um Tibi Connubio nostram sociare Sororem,  
Sponse, paras, opto fata secunda Thoro.

Johannes Czimmerman, *Thorun. Pruss.*

---

**V**obis ex alto Sponsis benedicat JESUS  
Et donet largus prosperitatis opes.

Gerhardus Thomas, *Thor. Boruss.*

*Cum*



Vivite concordēs, juncti nunc, vivite semper  
Felices, pereant noxia quæque Tori.

Salomon Bernd, Stolp. Pom.

---

Cum ventum ad Thalamum sit, pronubus ipse Jehova  
Pace liget dextras, fœdus necet atq; perenne.

Andreas Baumgarten, junior,  
Thorunens. Prussus.

---

DE fausto & SPONSIS ego fœdere gratulor: ambos  
Vita Sybillinos fulciat æqua dies!

S. v. Loos, Equ. Sil.

---

Chrono distichon annum Diemq; continens.

Consecrat hocce tibi CLlo Parnassia Sponse:  
Vnlo PaX & Amor Vobis In pectore regnent.

Johannes Krüger, ThorVnlo PrVssVs.

---

SPONSE! Tibi faustis cedant successibus, opto,  
Quæ petis ingenui jura sacrata Thori.

Johannes Wendius, Thorun. Pruss.

Commu-



102914  
CONnubii (*cedant mala!*) *Conservator & Autor*  
*Dilecti Sponsis adsit utring<sub>2</sub> novis.*

J. B. M. Neo-March.

---

PRAEceptor Venerande! Tuo per tempora vitæ  
Nil Thalamo eveniat triste: beatus age!

Christoph. Hoffman, Zulich. Siles.

---

VINCula cum subeas nunc, VIR Clarissime, cœptis  
Comprecor aspiret Numen ab axe tuis.

Andreas Hoffman, Lesná-Polon.

---

CHRISTUS, Conjugii qui fautor & optimus  
Autor,  
Det Tibi quæ votis expetis ipse Tuis!

Laurentius Fischer.

---

REGI! Gymnasii Rector Clarissime! Vestrum  
Sit CHRISTO felix Auspice Conjugium!

Fridericus Hakius, Falcob. Neo-March.

